

# De consolatiōe theologie.

## Liber de consolatiōe theologie. Incipit feliciter.

a.

**Q**uecūqscripta sunt ait magnus ille discipulus theologie. Paulus ad nostra doctrinā scripta sunt: ut per patientiā et cōsolatiōne scripturarū spem habeamus. Conuenerūt aliquādo sup hoc verbo voluc̄er: cursor leuis explicans vias suas. Et monicus in religione degens. Qui ut vidit quod voluc̄er sibi

notissimus ad se venit de lōginguo. multa quidē sup multis. sed multa plus plurima super aduena quodā germano suo conquirere dispositus. Cuius inquisitiōnem et alterius respōsitionem. sequens dia logus explicabit: et hoc pro quatriduū sub tetragono consideratōnum. Quae licet ad inuicem cōmunicent. erit tamen appropriatus prima de consolatiōe theologie per spem in cōtemplatione diuini iudicij. Secunda per scripturam in reuelatiōne regiminis mundi. Tertia per patiētiā in zeli moderatiōe. Quarta per doctrinā in conscientie serenatōne. Deus autē patiētie et consolatiōis console nos in omni tribulatiōe nostra. et dei sermonē rectū in ore duorum. Quoꝝ voluc̄er sic incipit.

## Primū metrū primi libri. Elegiacū.

In quo defletur miseria ciuilis dissensionis. Concordat in genere carminis primo metro Boetij de consolatione philosophie.

## Carmina.

**S**epe peregrinas voluc̄er transmissus in oras. Regrediens: patrie menia iam video. Dulcis aue natalis humus/ tu francia felix. Inclita parisius/nobile palladium. Neu quid id est: seno bellonam cerno tumultu ciuali furere/sanguine cuncta replet. Spiritus in medium missus vertiginis errat/ Obtruncant gladijs mutuo se proprijs. Larceribus trudunt alios: aut flumine mergunt. Embraqst torturis plurima dilaniant. Pars quevis dici pietas vult/publica curans. Commoda: que patrie viscera rumpit ouans. Justicie vultus atroc mentitur erinis. Rex inuio te clamans regia sceptrā rapit. Exuperant syllam/cathilinam criminē vincunt. Uim pro virtute bellicus horror haber. Non pater a natis tutus. fratrems perire. Vult frater. socii mors venit a genero. Clerum/miliciam/ciues/sine lege reclusos. Larcere/plebs rabida sicut oves iugulat. Nullus adest nostrae respectus religionis. Iura sepulture denegat impetas. Quisquis opes vel diuitias famatur habere/ Obicitur titulus proditionis ei. Eligit hic partem neutrā defendere partis/ Dux vitiusqs patet innocuus iugulo. Nec satis est alijs vni se tradere parti/

# Liber Primus.

Nisi se flagicijs conselerent paribus.  
Quid q̄ te patriam pulchram violare vocatur  
Extera gens: hostis te lacerando rapit.  
Nulla fides pietasq; manet/confunditur omne  
fas q̄ nefas/regnat horrida tesiphone.  
Extremos nonne fuerat iocundius indos/  
Aut glacie solum me penetrasse prius.  
Aduena tu felix alia te parte receptans/  
Namq; patent oculis non mala tanta tuis.  
Verum monachus hic degit/sua claustra subibo/  
Ac de fratre suo fecero verba sibi.

## Prosa prima libri primi.

### Ronicus.

**E**st ne volucer quē video! Et certe is est. Dic precor o volucer vnde venis: que noua fers: qualis ad me te modo sois attulit. **V**olucer. Scito monice: quoniā in cōstātiensi cōcilio generali. cum germano tuo conuersatus vsq; ad finalem summi pōtificis egressum: tandem diuerticula q̄rens extin cum eodem. qui iuxta cognomē suū peregrinus effici maluit in terra aliena/q; ad suos huic regredi. **D**onicus Satis est o volucer. si certum me face re potueris. quid agit dilectus anime mee quid amor cordis mei. Nonne dolet vel exulem se fieri in ignota et longinqua regiōe/vbi ligūā quā nō nouerat audir? Nonne subtristis est/ se ponī sub modio vel in obscuris sicut mortuos seculi. qui lucere super candelabrum fuerat institutus. **V**olucer. Nihil prorsus o monice/ tempore et tempestate pensata/proq; diuurna animi preparatiōe qua sibi p̄uidera omnia que occurrisserant equanimiter toleranda. Haudet potius in domino magnificans eum. et exultat spiritus eius in deo salutari suo. deputans se adiūtum meritis et precibus aliorum. Itaq; de se securus. et in se domino miserāte trāquillus. deflet miseriām patrie proprie. indignissimāq; sortem. Cuius tamē calamitatis media pars nō est sibi nūciata. quā oculis proprijs horrens intueor. Quine tam sup conculcatiōe veritatis et iusticie plorans ingemiscit. Miserabilem deniq; ciuitatis celeberrime desolatiōem tan-

q; hieremias ruinas hierusalem lamētaur. **D**onicus Qua ratiōe fieri potest o volucer. q̄ eccl̄a patria/a parentib; a propinquis a notis et amicis nō angustietur in corde/nō in animo turbetur?

**V**olucer. **D**onice: nihil difficile est volenti. Deministi puto ut aduena nostre semper in medijs etiam turbis et vrbibus/solitudinem sibi quesivit et dilexit. Solitudinem loquor que est a curis forinsecis/et hominū calumnijs vacatio. p̄ bans illud sapientis. qui minoratur actu percipiet sapientiam. **D**onicus

Scio volucer et expertus restor. **V**olucer. Ecce autē nunc elongauit fugiens et mansit in solitudine/expectans eū qui saluū se fecit a pusillanimitate spiritus et tempestate. quoniā vidit iniuriatē et cōtradicōe in ciuitate. Euokauit sicut passer: erepta de laqueo venantium. Undiq; nimirū sibi parabātur insidiarum tentacule. Enatauit ut potuit/ a naufragio reipublice. p̄stolans si forte postmodum sit spes. Nihil tandem se videns aduersus currētem furoris impetum nitendo proficere/desilīt aliorum a curru publi ci regiminiis/cedens raptui prevalentis nequicie et malicie/quam ad presens nō vincit sapientia. **D**onicus. Vincet tādem aliquādo. crede mihi: volucer. Digna quippe et fortis est veritas et super omnia vincit ac preualet. **V**olucer. Veritas o monice quando vincet ne scio. hoc vnum. p̄pr̄is oculis inspicio iuxta vocem ysiae/ q̄ conuersum est retrosum iudicium/ et iusticia lōge stetit/ quia corrut in platea veritas/ et equitas non potuit ingredi. quoniā facta est veritas

## De consolatiōe theologie.

in obliuionē / t̄ qui recessit a malo prede  
patuit. Quo cōtra videre est falsitatē: nō  
qualemq; sed hereticam prauitatem in  
via mandatorū dei / que pambulat vicos  
t̄ plateas / erecta ceruice / insultans catho  
lice veritati cum defensoribus suis / prote  
rit eos pedibus sordidissimis. Ac de ip  
sis tanq; domina victoriosissima trium  
phare gloriatur.

### Ronicus.

**R**ob dei atq; hoīm fidem. dic  
orovolucervnde talis euersio:  
Nonne sancta generalis syno  
dus. que pro veritatis tuitōne  
principaliter instituta fuerat / se cultricē  
huinsmodi veritatis exhibuit atq; prote  
ctrīcē. Uerum hanc interīm querelam  
omissam volo quoniā cupit anim⁹ ex te  
cognoscere quib⁹ exercitijs se refouet fra  
ter / quē torpere nequaq; putauerim iner  
ti ocio / quib⁹ insuper armis spūalibus  
aduersus iniquos fortune scuientis im  
petus congredi solitus est / netristicia se  
culi que mortē opatur ipsum vel deīciat  
vel absorbeat. Volucer. De veraz so  
lida pegrini consolatiōe tecum sermonē  
habiturus. significo in primis q; eam ac  
cipit doctrice theologia / que comitem se  
dedit pegrinationi sue. Ab infantia enim  
sacras litteras nouit / neq; furor hostilis  
neq; terror quertere potuit / quin pseque  
retur iter suum / de qua sapiens. Attigit  
ergo / ait a fine usq; ad finem fortiter / t̄ di  
sponit omnia suauiter. Hanc amanit t̄ exq;  
sui eam a iuuētute mea / t̄ quesui spon  
sam mibi eam assumere / t̄ amator factus  
sum for me illius (Seqtur cōsolatio) in  
trans in domū meam conqescam cum il  
la. Non enī habet amaritudinē conuer  
satio illius. Nec tedium cōuictus illius  
sed leticiam t̄ gaudium. In cuius pre  
conium ita libet metro pangere.

**Secūdū metrū pri  
mi libri dactilicum**  
alcmanū tetrametrū hypercatalecticū  
In quo ponif laus theologie in hoc / q;  
est efficac; solari t̄ currit cum secūdo me  
tro Boem. Neū quā p̄cipiti.

**H**ec theologus pulcra sophia  
Lui vult a puero se dare sp̄osam;  
Que castū tenero stringit amore.  
Eius se vocans iure sororem.  
Casus se sociam p̄bet in omnes  
Ac vite relevat tedia mestē.  
Solatur resonans cantica syon  
Securoq; regit limite gressus.  
Spes t̄ vera fides concomitātur/  
Erdiuinus amor / quadrag; virtus  
Prudens sobriaq; fortis t̄ equa/  
Donorūq; cohors iuncta beatis.  
Ad te si tribulans sors ruit vlla.  
Duris increpitans torua flagellis.  
Perstes: impauido suscipit vultu  
Nam sic viuitur / est pac in amaro.  
Nam si flammigeris intonat ether  
Fractus fulminibus / totus t̄ orbis  
In se dissiliat / si caro cedit  
Dens esto stabilis / sede retenta.  
Flectu quesieris herculis arma/  
Acc grandes validis viribus artus/  
Plus horrenda satis / q; superarit.  
Hac iutrice potes perdere monstra.  
Infandas erebi carmine pestes  
Uicit quādo lyram temperat orpheus/  
Hollescunt lapides / flumina sydunt  
Sed se nō superat vicius amore.  
At vero / cithara dum modulatur  
Pastor postea rex carminis odas/  
Quas aptat ph̄onesis / ocyus erit  
Aequam spiritus a rege saule  
Ergo nemo satis theologie  
Laudes extulerit / tanta patrantis.  
Qua cure fugiunt / mens hilarescit/  
Que virtute sua monstra trucidat.  
Luius vi rapitur aduena / degens  
Terris / ad nitidum scandere celum.  
Excelsa residen⁹ cernit ab arce.  
Fortunam merito rectus utrangs

### Secūda prosa pri mi libri sequitur.

### Ronicus.

**I**ure quidem laudaueris theologiā  
volucer. Sed in consolatione reci  
pienda contra fortitos casus con  
tra vanam mundi felicitatem. Cur non  
sufficerit celebris ille dyalogus philoso  
phie cum Boetio. qui proslus elegati sti  
lo / breui / t̄ splendido compositus est. sen

tentias grauissimas atq; verissimas in se  
tenens: **V**olucr. **E**noli mirari mo-  
nica. si theologia philosophie preficitur/  
quoniā sicut naturam gratia/sicut ancil-  
lam domina et discipulā magistra/sicut  
tempus eternitas/sicut ratiocinatōem  
intelligentia sicut visibilia ea que nō vi-  
dentur. sic theologia philosophiam exu-  
perat/quam nō abuicit sed in obsequium  
sumit. **E**st autem lex diuinitatis et ordo.  
et supra inferiorum iungantur ad su-  
periorum infima/more concatenatiōis/  
veluti plato loquebat/que in corporali/  
bus argentea in spiritualibus aurea vo-  
cabatur **E**t plane hanc in scala iacob gra-  
duū figuratiōem accipimus. **D**ropte-  
rea sub compendio procedentes induce-  
mus theologiam inchoātem verbū ab il-  
lo supremo / quo philosophia consolatō  
nem suam apud boctū terminavit. Ita  
enī recto breuiatoq; ordine proceder the-  
ologia/sursum machinā sue deductōnis  
erigens. si philosophie sibi fundamenta  
substrauerit. **V**uale vero sit illō quod  
postremū philosophia posuerit: puto me  
ministi. **D**agna enim vobis est inquire si  
dissimulare non vultis/necessitas indi-  
cta probitas. cum ante oculos agitis in-  
dicis cuncta cernentis. **H**omericus.  
**D**emini volucr/et quali principio ex-  
ordiens: quali preterea medio progredi-  
ens hucusq; processerit retineo. nimirum  
qui studio libri illius ab adolescentia ve-  
bementer incubuerim.

## Volucr

**O**n gratulor eruditōi tue. **S**i  
quidē ab hac sentētia qua phili-  
osophia definit: theologia su-  
am cū peregrino consolatiōem  
iniciat/qualis sententia formaliter in au-  
gustini soliloquio posita est. **E**t certe  
Paulus dū ad hebreos scriberet/collau-  
daturus virtutez fidei/proposuit symbo-  
lum nature/quod homībus pro omnī tē-  
pore necessarium fuit. **C**redere enī opor-  
tet accedentem ad deū/quia est et inquire  
tibus se remunerator sit. **A**t vero deus ip-  
se qualis iudex existeret/qualē insuper  
muneratiōem daret querētibus se/non  
potuit philosophia neq; discipuli sui du-

ctu ratiōis inuenire. Deficiebat enim vō-  
lentibus ad altiora descendere scala cre-  
aturū. per quam sempiterna dei virtus  
atq; diuinitas licet possit attingi/ non ta-  
men vſq; squaq;. vt cognoscerent quales  
quantas re penas reprobiis deum cōtem-  
nētibus/qualia porro premia se inquire  
tibus/iustus iudex tribueret. **Q**uod face-  
resi vel philosophi vel poete ſeptauerū/  
euauerū in cogitatōibus suis. et vix ali-  
ud q̄ errorē fabulosos sibi q; dissidētes  
fingere potuerū. **R**ectam deniq; manda-  
torum deiviam nescierunt qua p̄gitur ad  
vitam/que est status omniū bonorū ag-  
retōne perfectus. qualem hic assequi ne-  
minem posse philosophia demonstrat ex-  
perimentalī ratōne. **S**ed vel virtutes vel  
actus formales qbus attingatur iste sta-  
tus obiective quidez. in deo intuitiue co-  
gnito philosophia tradere nō valuit. **D**i-  
seratus autem desuper humanos errores  
deus/eas veritates necessarias et salubres  
ad quas euehere nō poterat philosophia  
nec ſeptare debuerat/ theologia superna-  
turaliter infusa/sicut et humanus super-  
naturalis ē finis/reuelauit et addidit. In-  
ter quas: non irrationabiliter theologia  
super istam q̄ deus inquirentibus se re-  
munerator sit. quia videlicet iustus indez  
est cuncta cernens. collocat et adjicit mo-  
dum iudicū a christo traditi. **I**unct hi  
nō dubium quin mali: in suppliciū eter-  
num. **J**usti autem in vitam eternam:  
**N**eque enim est alia veritas efficacius ge-  
neratiua timoris domini q̄ ista claudes  
in se horrendissimū. illud damnationis  
tonitruum. **I**te maledicti in ignem eter-  
num. **N**unquid non horrendū valde. pū-  
ci a facie dei summi boni: **S**ed ad horro-  
ris cumulum inexcogitabilem / additur  
maledictio trudens in ignem. non quale  
cumq; sed eternum. **E**t hoc cum dyabo-  
lo et angelis eius. vbi ascendet fumus tor-  
mentorū in stagno ignis ardenter sul-  
phuris/vsq; in secula seculorum. vbi ver-  
mis eorum nō morietur/ et ignis eorum  
nō extinguetur. **E**t erunt vſq; ad satieta-  
tem visionis omni carni. **A**d hunc audi-  
tum si fides admirata est: timorē domini  
quis non sibi suscepit? **E**st autem timor  
domini iniciū sapientie. et ab ipso conci-  
pimus spiritū salutis. **E**t per eū declinat  
ois a malo. illūiant corda/ et in oblectatōe

## De cōsolatiōe theologie.

**S.** venit misericordia. **D**onicus. **N**u ratōne fieri potest o volucer/q̄ per timo rem & talem timorem veniat queuis ob lectatio. **T**imor enim penam habet/que pfecta charitas foras mittit. **Q**ualis amplius esse cōsolatio potest h̄nti p̄ oculis assidue stagnum ignis ardētis & sulphuris in quod ne corruat: formidare habet momento quolibet. **A**lec vñq̄ dum vivit ab hoc paurose secur⁹ est. **A**escit enī homo finem suum neq̄ si amore vel odio dign⁹ sit. **V**olucer. **R**ecte censeres monice si theologia fidelis nequaq̄ ad vltiora per timore istum pueheret/si nō ad spem que non confundit: effugere compelleret. **S**i non deniq̄ ad deum totius consola tionis/ per dilectiōem amplectēdum sibi q̄ adberendū. velut in locum refugii: mi rabiliter induceret. **D**onicus. **V**el lem audire quo pacto fieri habet hec in ductio vere mirabilis de timore in spem & amorem. **A**eq̄ enim eadem sede cordis simul habitare posse vident timor & spes licet legam prophete iussionem regibus terre ut seruant dño in timore & exultent cum tremore. **E**t per sapientem. Qui time tis dominū sperate in illum. & iterum p pheta. **B**eneplacitum est domino super timentes eum & in eis qui sperant super misericordia eius. & alibi sine numero spes timori coniungitur. **V**olucer. **A**ttendendus est o monice. Tolerter ordo iudici orum sup̄mi iudicis dei. qualem philoso phia non attingit. **U**nde theologia ve luit humano more loquens triplicem deo curiam: triplicemq̄ thronum deputat. **R**esidet in prima curia et throno indul gens gratia. **R**esidet in altera curia et throno corrigens misericordia. **R**esidet in tertia curia & throno damnās iusticia de q̄ per apostolū. **H**orrendū est incidere in manus dei viuētis. **T**radiderat homines omnes in hanc mortis damnatōe preuaricator adam. nec erat qui de manu hagiudicatis dei posset eruere/ si non supra nature vires & merita/ cōstituisset nobis iustus iudeus/ per sacramentum reconciliatiōis vnigeniti filij sui dei/ curiam primā & alteram in quibus gratiam & misericordiā iudices collocauit/ intro nizans quando factus est nobis a deo sa pientia & iusticia: sacrificatio et redem ptio. **Q**uādo preterea datum est homini

bus damnatis in curia iusticie eam qua si grauaminis illatricē posse declarare ap pellando ad supiores curias gracie & mi sericordie/ quoniam superaltat misericordia iudicium. fitq̄ vt vbi abundauit deli ctum supabundet gracia/ quod philoso phia nō cognouit. **D**onicus. **I**n ci pio volucer grauioribus q̄ anteā scru pu lis v̄geri/ vt omitram questioes interim multiplices/ ex tuis habentes dictis ortū de fide philosophorū & aliorum quo pa cto saluati sint aliqui sub nature sola lege. **T**radit itaq̄ philosophia vix pscrutabi lem diuine prouidentie viuacitatem. pre sertim dum ad eam confertur humani li bertas arbitrii/ cum certa p̄ecognitione futuorum. **S**ed ecce supaddit theologia difficultatem in immētum minus inue stigabilem / neq̄ comprehendēibilem. dum quosdam ex hominib⁹ recipit iudicados in curia gracie vel misericordier et ne beatitudinis p̄ticipes facit. **A**lios vero mul to plures damnat in eternū sua iusticie se ueritas / dicente eo. **M**ulti vocari: pauci vero electi. **M**irum autē si quis in hacre cogitatōne constitutus nō perturbetur & totus horrore tabescat/ qualiter abscondita non est consolatō ab oculis suis (in p̄ta scripture verbum) dum ita deus inter fratres dimidit. **V**olucer. **F**atendum est in primis **D**onice: q̄ hec cōsideratio iudiciorum dei qui terribilis est in consilijs super filios hominū/ si cum superba curiositate recenseatur/ p̄cipitat in illam sapientis damnatiōem. **U**ni scruta tor est maiestas opprimeſ a gloria/ extermi nat omnē bone consolatiōis virtutem deniq̄ in reprobam deo desperatōem/ & in odiosas rabidas & insanias blasphemias demergit & absorbet. hoc in viato ribus aliquibus hoc in damnatis om̄ibus opatur. **A**it vero consideratio talis si cum debita humilitate & reuerentia fidelis p̄j cordis assumatur. **S**i cum ca ptivitōne om̄is intellectus in obsequiū fidei reuoluat. nullam existimat peregrinus noster potiorem vel efficaciorem ad consecutiōem legitime consolatiōis viā/ diuinitus elargiri. **N**onne senserat hoc p phera dum suspirans ait: **M**emor fui iudiciorū tuorū a seculo domine/ & cōsolat⁹ sum. **Q**uā p̄solatō nescio si vehemētius exp̄ssit alio loco is q̄ dixit. **E**t exītauerūt. i.

# Liber Primus.

54.

extra se salierunt filie iudee propter iudicia tua domine. **D**ominus. **O**bseruan-  
dū ne est obsecro volucer? ne min⁹ sobria  
fortassis et insolē sit huius doctrine tra-  
ditio. quoniā stultoz infinitus est nume-  
rus/carnalium et arrogantium/q̄ non ca-  
piunt quē dei sunt. et si nō dixeris ea que  
versant in corde suo et que suo ingenio pe-  
netrare se gloriari possint. **V**olucer-

**J**. Corrigit et repellit tuā hanc hesitationē  
concius arcanorū diuinorū apostolus.  
qui satagens contentiōem gentilium ro-  
manorū et iudeorū qui suscepérat fidem  
compescere/collocavit totius disputatio-  
nis sue velut centrū et cardinem supremū  
consideratiōem diuine p̄destinationis et  
prescientie ab illo loco. **S**cimus autem  
quoniā diligētibus deum: om̄ia coopan-  
tur in bonum his qui fm. p̄positum voca-  
ti sunt sancti. Nam quos presciuit et pre-  
destinavit. t̄c. **U**sq; dum exclamat. **D**al-  
titudo diuinarū sapientie et scientie dei/  
q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius et  
investigabiles vie eius. **Q**uis enī cognō-  
uit sensum domini? Aut quis consiliari-  
us eius fuit? Aut quis prior dedit ei et re-  
tribuetur illi? Illic inserit q̄ nō volentis  
neq; currentis. sed miserantis dei est. et cu-  
ius vult misereſ. et quē vult indurat. **E**c-  
q̄ non ex opib⁹. sed ex vocante dictū est  
**J**acob dilexi. esau at odio habui. **A**po-  
stolus igitur doctor ḡetium in fide et veri-  
tate / inter quas erant insipientes multe  
carnales et superbe. si p̄missam eis consi-  
deratiōem pro sua edificatiōne nō timu-  
it exponere. quatinus eas et iudeos mu-  
tuō reduceret ad legitimā pacis et carita-  
tis formā. Quo pacto verēdum erit inter  
christianos: p̄serrim eos qui de sua salute  
soliciti sunt consideratōe ista utiq; apud  
eum/talem de sua salute consolatiōem su-  
orumq; similiū opata est. vt assereret Cer-  
tus suz enim q̄ neq; mors. neq; vita. neq;  
angeli. neq; principatus. neq; virtutes.  
neq; instātia. neq; futura. neq; fortitudo.  
neq; altitudo. neq; profunduz. neq; crea-  
tura alia poterit nos separare a caritate dei  
que est in christo iesu domino nostro:  
**P**oterit autē certitudo talis accipi de cer-  
titudine reuelatiōis diuine si **P**aulus de-  
se solo loqretur. Sed dum cōnumeravit  
alios electos. dei cōuenientius intelligit  
hoc esse dictū de certitudine spei. que trā-

quillitas quantū sit opatiua. satis admo-  
dū propheta regius exposuit. q̄ dum  
gloriabundus in dño dicisset **U**n pace in  
id ipsum dormiā et requiescā. Subintu-  
lit pro causa spē/dicens **Q**uoniā tu do-  
mine singulariter in spe constituiſt me.  
**D**ominus. **T**Scire velim o volucer  
quo studio vel industria deuenit aduenia  
noſter vt in hac pace in id ipsum frueret?  
**V**olucer. **A**ccipito vba mea sobrie  
Neq; enim dicere p̄sumo: n̄iſi quod aspi-  
rat et aspirare suadet ad illam pacē in id  
ipsum cum propheta dicente. **L**oncupi-  
uit anima mea desiderare iustificatiōes  
tuas/in omni tempe/si forte aliquādo de-  
siderium sui et similiū pauperū exaudiat  
domin⁹. et preparatiōe cordis eorum au-  
diat auris sua. **S**cit enim quoniā nemo  
repente fit summus. scit quoniā munus  
hoc gratie magis est q̄s industrie. Nihil  
minus doctorū deuotorū scripta relegēs  
theologia ductrice/suis vti conatur indu-  
strijs/ne sibimet deesse putetur. deumq;  
reptare videas. Enititur experimento co-  
gnoscere que sit illa pacis consolatiō qua  
sobrie inebriat/exclamat psalmista. Quā  
magna multitudo dulcedinis tue domi-  
ne quā abscondisti timētibus te. Signā-  
ter ait abscondisti/qz nec ab habēre tradi  
nec ab eo qui non haber capi potest. Est  
quippe nomen nouū in calculo candido  
scriptum. qđ nemo scit nisi qui accipit

# Tertium metrum. r.

primi libri glyconici coriambicū. et pro-  
portionatō secto primi de consolatiōe phis-  
losophie. Cum phebi radijs.  
**M**agnū credē nimis bonum  
Intus quo valeas frui:  
Extra non liceat loqui.  
Lerte nescit homo retus  
Intro quid sapiat nouus  
Hoc est manna reconditum.  
Sensus quod capit intimus.  
Queris qualis ei sapor?  
Aurem verbaq; quid parat?  
Busta post videoas licet.  
**C**degens frater agro senet  
Querit gaudia/que domi  
frater iunior accipit.  
**C**ecus mel ionathas prius  
Bustat protinus hinc videt.

# De cōsolatiōe theologie.

**M**el nobis sapidū deus:  
Quo fastidia tollere  
Dundi noxia fas tibi.

## Certia prosa. primi.

**D**onicus.

**O**nus interim volucer verbum sup istis affectus deuotis sentimētis/in quibus stat sapiētia que in mysterio abscondita est. Hec est theologia mystica/de q̄ traeratus fratris apud me seruo/quosdā latino/quosdā vulgari scriptos stilo. Sed sup his altera fortassis die sermo fieri.

**E**surge vero prosequi de spe/respondens ad pauculas interrogatiōes meas/qui se cretorum aduene nostri cōscius es. Recogitat ne supremū iudicem dñi/homines ex massa peccatrice/p̄destinasse quidem hos ab eterno sempitne beatitudinis forparticipes/aliós vero prescitos reprobatos ad suppliciū perpetuiū. **V**olucer. **R**ecogitat monice/et id sane freqniter. **D**onicus **A**ccusat ne diuersum huiusmodi iudiciū dei: tanq̄ preterea sit in eo seu quedā crudelitas/indigna bonitate sua summa. **V**olucer. **A**bsit monice talis aduerlus dñi blasphemia/neq̄ enim psonā accepisse/neq̄ iniuriaz fecisse dici potest q̄ nulli debitor est. Qd̄ notauit apostolus dicens. **O** homo/tu quis es qui respondeas deo:nunquid dicit figurū ei qui se finxit/ quid me fecisti sic? An non habet potestate figulū luti et eadem massa facere, aliud quidē vas in honorē. aliud vero in cōtumeliam?

**T**alis apd̄ homies similitudo plurima reputur. nedū super rebus vita carentiby/ sed animatis/ quibz vītūtūr pro arbitrio suo alijs ad mortē. alijs ad conseruatōem nec arbitrātur se/vl' iniurie/ vel crudelitati obnorios esse. **Q**uid si vult deus in maḡ domo sua manifestare diuitias gloriesue. istis in ostensionem misericordie. alijs in manifestatōem sue iusticie/glorificans illos ex misericordia/ istos ex iusticia derelinquens: quatinus resulteret carmen illud pulcherrimum. **E**x grani tenore iusticie/ et molli cantu misericordie/de q̄ li profitef ppheta. **M**isericordiā et iudicium cantabo tibi dñe. **O** si pauciores sunt qui saluātur/ manifestior est in hoc gratia dei quēadmodū int̄ surdos et clau-

dos mutos et mortuos/pauciores sunt q̄ miraculo curātur/q̄ qui proprie cōditio n̄ relinquuntur. **V**erū dum ad singula ria fit descensus et inquisitio. cur videlicet petrū vel paulum deus elegerit ad salutem. Iudam vero et diuitē epulonē de reliquerit: oportet ut humana garrulitas apponat digitū ori suo/hoc vnum profi tens q̄ iustus est domin⁹ in omnibus vijs suis. **I**taq̄ sicut nulla potest assignari ratio cur inter tot res possibles fieri/ ista nō: illa facta est/nisi beneplacitū dei. Ita de recreatōne seu regeneratōne/ad vitam spiritualē/multo magis dici debet. Neq̄ consugiendū est ad illorū merita vel opera/ quos ab eterno p̄destinat deus. quia si ex opibus: iam nō ex gratia. **S**ed neq̄ priorem eternā dei voluntas causam habet/ qui fecit omnia propter semetipm. impiū quoq̄ in diem vindicte. **N**ihilomin⁹ fatendum est q̄ nemo sine culpa damnabitur. sicut absq̄ gratia saluabilis nullus.

**D**onicus **S**ergo volucer inquirere cōsequenter si hanc aliquādo peregrinus noster consideratiōem super se/ et ad se reflectit. **M**editās ne forte sit ex numero reproboxz/neq̄ enim gloriari potest se peccatū nō habere/neq̄ de alia massa esse q̄ ceteros. **V**olucer. **D**icam illō monice quod sentio. **M**editatur aliquādo se cum cōquerens. quid si iusto dei iudicio damnādus es. **S**i reperit indispositum cor suū ad humilem hui⁹ consideratiōis susceptōem/derelinquit eā/ et ad alia se cōuertit. quemadmodū fieri consiliū est in temptatiōibus vel interrogatiōibus carnaлиū peccatorū/vel experientiis earū rerū/ que sunt difficillime electōis. vt si querat aliquis a semetipō **M**alles membratim laniat⁹ mori/q̄ illecebrose voluptati mulieris pulcherrime consentire. **S**i vero percipit affectum suū/ deo propicio tranquillum/humilem et suauē/sicut impetratur apostolus. **D**eus autem spei repleat vos omni gaudio/ et pace in credendo/ et abundetis in spe/ et virtute spiritus sancti. sustinet pede septim tamē et caute/ in hac recogitatōne. si forte damnandus est. **L**uis apprehensioni/ nequaq̄ remurm̄rat/ scđm presentem affectum/ et sensum de diuina iusticia. **S**ed humiliatus dicit. **I**ustus es domine/ et rectum iudiciū tuū. **N**ō q̄ damnatiōem eligat. **A**bsit. q̄

nec deus hoc vult ipm velle/sicut nec pecare nec desperare dum viator est. **Dicit** potius cū Job. etiā si me occiderit tamen in ipso sperabo. Et cōuersus ad dominū cū pio & humili affectu. **S**cio inq̄t eq̄ssimē uidet quoniā damnati in inferno te odiant. te iniustū. te inuidū. te crudelissimū iudicant. te blasphemant. te sanctisq̄s omnibus ore rabido maledicūt. **S**cio q̄ illuc cōstitutus (heu me miserū) sic agerē. **T**et vero dum interim affectibus tam effe- ris & blasphemis careo. amo te qui totus es amabilis. te iustissimū. te amatissimū. te clementissimū dijudico. te collando. ti bi sanctisq̄s omnibus tuis ore pio benedico. quicquid postremo de me futurum ordinauerit voluntas tua/corde credo et ore profiteor. quoniā nulla est iniquitas apud te qui sanctus es in omnibus operibus tuis. **D**ominus. **V**lacet voluer- cer distinctus iste modus habendi se circa recognitatiōem diuine predestinationis seu presciētie/nam sicut in primo curiositas temeraria/sic in secūdo meritoria vel de humilitate exercetur. **V**idere simile est in aspectu vel recogitatōe formose mulieris/vbi periclitare incōtinens. conti- nens vero fortiter habituatus/ut eret ad virtutem. **V**ideo q̄ amor hic gratuit⁹ est. nō mercenarius. nō recurvus. hec af- fectio filialis vel fidelis sponse. quē amo- rem/quia donū suū est/nō acceptare non potest. quia diligentes se diligit. **B**eatū qui ascēsiones in corde suo disponēs ad hunc gradum pene supremū peruenit. **D**entio deinceps magis ac magis q̄ me- dio potest hec consideratō pacem quan- dam & consolatiōem operari. Ita tamen si sit apd homines qui peccata iam non iterat. nam iteratio peccatorū quid aliud pretendit q̄s reprobatiōem & interitum? Attento q̄ spes nō ex meritis proueniēs presumptō est. nō spes estimanda. **V**olu- cer. **S**cio o monice quoniā nemo est qui vivit & nō peccet quando & septies in die cadit iustus. Et beatū dicitur a psal- mista: nō qui non fecit. sed cui nō impu- tauit dñs peccatū. **H**ic fortasse videbi- tur quod dicitur sum. Inuenire est homi- nē qui quanto pluribus impugnat sep- tatoib⁹/quāto renitēs eis pluries euin- citur/vel in voracitate gule. vel in somni- culosa dormitatiōne/vel in stimuloꝝ car-

nis crebra p̄pessione/et alij huiusmodi/ tanto frequētus certius & ideo fortis. q̄ humilius/in dñi se projicit. deo sperat & confidit. Consulte quidē dum nullam videt in se fiduciā refidivit⁹/neḡ vir- tutes & salutē adipiscēdi repositā. Fallor si nō ita dñm egerit inq̄ens. **I**mpulsus euersus sum ut caderē subdit. cuius inni- xus ē auxilio & domin⁹ suscepit me. **R**ur- sus cū ab homībus sibi desperatō impro- peraret/quia tulerat ouem & pastore occi- derat & dicerent. non est salus ipsi in deo eius/ipse solidiori spe deo fisius respōde- bat. **T**u autē domine susceptor meus es gloria mea. & eccl̄ans caput meū. **D**omi- nicus. **V**tr intelligo voluer. Ita se res habet/et apud vere humilem quāto mi- nus est in se spei/minus in ope aliena fi- ducie. minus deniq̄s vult cōstituere iusti- ciam suam. tāto plus spei plus fiducie deo- dicat. plus quoq̄ iusticie dei fit sub- ictus. dicens ex sententia. **H**ibi autem adherere deo bonum est & ponere in dño deo spem meā. clamans ei. in tua iusticia plane non in mea/libera me. Postremo magis intelligere nunc videor/que in de- uotoꝝ libris legi/de introductiōe sponse in cubiculum sponsi. de osculo oris eius post osculum manū & pedum/de habi- tatiōe prēterea in adiutorio altissimi/nō in habitatōne vel meritoꝝ proprioꝝ que- vanā est. vel penarum futuraꝝ que antia vel industriā propriarū que timida est & incerta. **L**erta vero qualiter esse pos- sit in adiutorio altissimi. inter tot vite di- scrimina. inter tot criminū lapsus. inter tātam electorum paucitatē ediseras ve- lim. **V**olucer. **R**erum ista condi- tio est o monice/ut in suos fines tendant quib⁹ adeptis quiescunt adherentes eis. hoc de graib⁹ deorsum. hoc de leuibus sursum videre est. **E**st autē humani cor- dis desiderium & pondus/in dñi/sicut in locum suū & centrū ferri. est supremū post quod nō relinquit alid humane peregrinationis refugium. **S**upest igitur nihil infra quod/vel ultra quod possit huma- nū se cor deflectere vel fugere/dum ponde- res suo se cōstituit adherere deo. nūc interi per spem. fidem & amoreꝝ. neq̄ enim sibi dat aliter status presens. Porro sicut ali- quis dicitur adherere certitudinaliter lo- co alicui vel baculo/dum totis virib⁹ ita

## De cōsolatiōe theologie.

stare vult. nō aliter spem certā dicimus p  
deliberatā voluntatis adherētiā. neq  
enī spes est in assensu et vi rationali / sed  
desiderio et expectatiōne virtutis irascibili  
lis tendentis in ardua. quod desiderium  
tendentia / vel expectatiō regitur in virtu  
te spei cum tanta certitudine p adherenti  
am voluntatis / q p nullius temptatiōnis /  
vel recognitiōis insultū vult ab ea semet  
euellere. **C**onsurgit ex radice simili cer  
titudo in assensu fidei. dū p nullas ratio  
nes vel fantasias fidē impugnantes / vult  
derelinquere / quo minus stet in fide / ad  
obeditionē dei / et meriti conquisiōem.

### Quartū metr̄ pri mi dīmetrum Jambicū.

**Q**uemōtis alto stat iugo  
Quercus suis radicibus  
q Defixa nitens fortiter  
Ventos et imbr̄es non timet.  
Assumit hinc plus virium  
Quo plus in imo se locat  
Concussa venti turbine/  
**S**ic spes ferens repramina  
**A**ntheus invictus fuit  
Dum cautus incubans humi  
Non vult in altum surrigi/  
Elatus ilico perit.  
**F**que collocatur sareo  
Homus loco fideliter/  
Venti pluiae flumina  
Deseruant/ nunq̄ ruit.  
**F**erere vos spe firmiter  
Vestro loco nitamini.  
Vester locus certe deus:  
Quo spes reponit certior.

### Prosa quarta pri mi libri.

Monicus.

**I**sium est aliquibus o volucr  
q spes in prescritis semp sit er  
ronea. Id enī se putant habitu  
ros quo carebunt. Alij volen  
tes hāc absurditatē euadere dixerūt spem  
in hac cōditionali existere. Si legem dei  
obfūauero salu ero. **V**olucr **M**o  
nice. nec hoc vltimū sufficit ad spem. sta  
ret enī cum desperatōe talis cōditio. Nec  
primū sobrie dictū est: q deus obliget re  
probos ad errandū / sicut obligat ad spe

randū. **P**roinde spes ad certā beatitudi  
nis expectatiōem sic se habet. Ponit sibi  
p fidem / q est aliqua talis beatitudo. iun  
git q ad illā pura liberalitate et gratia de  
us ab eterno quosdā predestinat et eligit.  
**A**ddit q ad consecutōem hīmōi finalis  
beatitudinis. ordinavit media cōuenien  
tia / varijs modis sine numero. **I**nter que  
mediū precipiū est gratia. que ideo dici  
tur vita eterna. quia pignus eius est / vel  
arra. **H**anc autem gratiā nulli dedit neq  
daturus est. nisi p mediū mediatoris dei  
et hominū. **N**uā gratiā p: omnib⁹ meru  
it ad sufficientiā. sed non ad efficaciā. ni  
si incorpatis sibi per fidem habitualē / vt  
in parvulis. vel actualem et habitualē q  
per dilectiōem pseueranter operatur. que  
fides min⁹ explicita fuit in prophetis tē  
pore legis scripta / q in apostolis tempe  
gratiae. Et longe minus in philosophis et  
alij gentilib⁹ p lege nature. Nuānis enī  
omnes accedentes ad deum oportet cre  
dere q deus est. et q inquirentib⁹ se remu  
neratoz sit. quis ell̄ tamē modis quo ta  
lis remuneratio cōsequeretur / p mysteri  
um videlicet incarnatiōis filij dei. sicut  
non erat explicite reuelatū. sic nec explici  
ta fide credendū. **L**eterum spes taliter in  
structa p fidem. que suus est oculus / figit  
in primis desideriū suū ad beatitudinis  
adeptōem tanq̄ ad finem. **E**t ab illo desi  
derio nequaq̄ vult auelli. **D**einde deside  
rat media quelibz ad huius finis assecu  
tōem per dei prudētiā ordinata / p arma  
iusticie sicut dicit apostolus. a deo p̄ et  
a sinistris. per gloriā et ignobilitatem. per  
infamia et bonam famam et c. **F**ides itaq  
rursus dicit ei / q diligētibus deum et spe  
rantibus in eo / omnia coopantur in bo  
num / sicut tradit apostolus q omnia no  
stra sunt / conformiter ad christū. **P**rimū  
querite regnū dei / et omnia hec adiūcent  
vobis. neq; talium aliquis predestinato  
rum peribit vñq;. **Q**uo contra fit de re  
probis qbus omnia cedunt in malum /  
etiam aliena bona que in scādalum sibi  
vertunt et ruinā. **N**ihilomin⁹ quoniā ig  
notum nobis est quos vult inter homi  
nes deus et qualiter saluos fieri / opandū  
est bonum ad omnes / vel orando / vel cō  
monendo / vel hortando / vel increpādo /  
vel ab errorib⁹ vitijs abducere satagēdo  
**I**ta sagena caritatis pcludit i se bonos et

malos separandos in littore iudicij.

**P.** Preterea si ex peccatis electorum diuina bonitas potest. scit et vult elicere bona. non tamen idcirco mala bona sunt / vel eligenda. sed cauenda penitus plangendaq;. **L**ollaudatus autem benignissim⁹ et omni potens deus q̄ malis nostris non solū non vincit / sed ex eis operatur bonum nostrum. **S**teci dicis omnia sub peccato cōclūsisse. supple p̄missiue ut omnium misereas. **P**eccauit petrus / humilior cautior et misericordior effectus est / non acte mali sed miseratione dei. **P**eccauit Magdalena / plus postea dilexit. qz multū sibi dimisum est. et in exemplar penitēcie ceteris cessit. **B**lasphem⁹ fuit Paulus. confiteb̄ humiliatus / q̄ non sit dignus vocari apostolus / et est inter peccatores prim⁹. **D**eniq̄ iocundatur pater et epulat in recepte filij prodigi. **E**t gaudiū est angelis dei supervno peccatore penitētiā agente. **Q**uis nesciat proinde pauperes dum de stercore p̄tōrum erigit eos deus / collocās in gloriam cū p̄cipib⁹ populi sui. q̄ in ampliores erga diuinā benignitatē assurgunt gratia et actōes / non quin in innocentia p̄seruata seruataq; plus habeat dignitatis et gratie ceteris paribus. **S**ed in reparatione depdite magis eminet misericordie benignitas. **D**iseradū vero est. quod in reprobis agit et diuerso / de virtute et humilitate supbiūt. de gratuitis dei donis vel ingrati sunt vel tepidi / vel in suā et aliorū p̄niciem et dei in honoriatioē abutentes vertunt. **I**ta vt eoꝝ quandoq; fiat oratio in peccatiū. hic p̄ ingratitudinē. in inferno autem p̄ blasphemiam insaniorē. **R**ecordan tes enī quēadmodū fuerūt aliquādo supplices deo. **H**ec illa bona facientes / venerates sanctos / sanctas q̄ omnes cū deuotioē. quidni rabidiori cōtabescat odio et maledictis latrēt aduersus deū sanctos sanctas q̄ omnes. presertim eos quos p̄cipe coluerūt eos inuidos. eos crudelissimos. impios et ingratos. qui non ipso a tormentis cum possent eripiunt / acclamantes. **Q**uid ergo dicem⁹ ad hec / faciem⁹ igit mala vt deus eliciat bona / vel bona vitabim⁹ ne cōtingant mala qualia tetigimus. **A**bsit. ppter id enim quod p̄ accidens est / non debet illō quod de p̄ se est variari. **D**onicus. **M**oresco voluc̄er bec audiens / et videns te sup admirabili

via nisi pro cōsolatōis adeptōe dum tre mendē et trarie desolatōis memorā sub inducis. **V**oluc̄er. **D**ic mod⁹ est. hec ars theologie / credideris monice / q̄ sicut per stulticiā et scandalū predicationis crucis salnos fecit credentes sic p̄ insipientiam trahit ad sapientiā dicente apostolo. **S**i quis videtur inter vos sapiēs esse in hoc seculo. stultus fiat ut sit sapiens. **N**ō aliter vult eadē theologia per summā desperatiōem de homine trahere ad summā deo spem / et p̄ desolatōem inestimabile et intolerabile. sursum ducere ad solidam consolatōem. **A**ddideris nullā esse recognitōem que plus ista radicaliter enel latab humano corde supbia. de se semper aliquid magnū presumēt / cui resitit deus. que magis insup gignat et nutrit at humilitatē legitimā sub deo et ad homines. vitiis procul expulsis que fert secum supbia. Nam qua fronte poterit aliquis fratre suū qualecūq; deinceps. v̄l odio vel ira vel inuidia psequi. immo nec animo / et reprobis sit iudicare. qui videt se de eadē massa peccati in eadem damnatione esse. neq; scit quid sibi crastina patiat dies. **O**si voluerit gloriari de bonis suis / mendax est si non habet. si habet illa gratia accepit a deo. **Q**uid ergo gloriatur quasi non acceperit. **Q**uid preterea iudicat alienū seruū qui domino suo stat / aut cedit / stabit autem. potens est enī deus statuere illum. **S**ub hoc intuitu dixisse putandus est apostolus. **V**enit deus saluos facere peccatores / quoru⁹ prim⁹ ego sum. primus intelligo quo nullus prior / vidēs secum alijs equaliter filium ire. et eadē peccati massa esse / qles venerat saluare deus. **D**onicus. **V**oluc̄er intelligo voluc̄er materia hāc de timore et spelatā esse. vellem traderetur sub compēdio mod⁹ quo precipue spes stabilitur. **V**oluc̄er. **N**imirum stabilitur a deo / cuius supnatūrāle donum est. **S**ed si particulari⁹ aliquid exigis. inueni⁹ quadruplex meditatio que velut in terragō firmissimo gestat spem. **U**na meditatio est diuine iustitionis ut spes. Altera diuine promissio nis si spes. Tertia immēse dei pietatis ne desperes vñq; de suis miserationibus. Quarta proprie fragilitatis / ne spes in te vel proprijs viribus. **D**ic igitur cogitationi tue sollicitati spem deserere. dū

R.

# De cōsolatiōe theologie.

non facis certam vocatiōem tuā/p bona  
opa/quotidie corruēs de peccato in pec-  
catum, īgerēti proinde ne sis de multis  
vocatis et non electis/sicut vita tua simi-  
lis est multoꝝ. **D**ic respondēs/q̄ obedis  
iubēti deo qui mille locis scripture sacre  
precipit vt sp̄eres in eo.cui dico. **E**xur-  
ge dñe deus in p̄cepto quod mādasti. p̄j  
cio me in te iubente te. nō es crudelis aut  
fallax vt abiūcias me! iuncta p̄sertim mul-  
tiplici p̄missione tua/ qua sperātib⁹ in te  
pollicitus es q̄ liberares eos. eripes. sal-  
uares et glorificares. **L**uius denu⁹ rā im-  
mēla pietas est. vt nullis peccatis etiā in  
finitis si p̄missem ea solus/ vinci possit  
hic in via. **Q**uod q̄ interposuisti cū imo-  
bilitate cōsilij tui iūsiurandū. vt p̄ duas  
res immobiles sicut loq̄tur apostolus tu-  
us quib⁹ ip̄ossible est mētiri te / nos for-  
tissimū solariū habeam⁹ ad tenendā p̄po-  
sitam spem. q̄uis enī sis inobligabilis a  
creatura tua rōnali/quicq̄d agat p̄ te vel  
erga te. voluit tamē dignatissima conde-  
scensio tua. cōmerciū quoddā habere cū  
hominib⁹/ vt bene de te mereātur si iussa  
tua ḡpleuerint/ et in te sperauerint/ qui fi-  
delis es et teipm̄ negare nō potes. **H**ec tu  
ita deo. **P**ostremo dū propria fragili-  
tas obiūcīt vt desperes. desperes volo. sed  
de te et in te qui homo et caro es. nā male-  
dictus homo qui ḡfidit in homine/ et po-  
nit carnē brachii suū/ et a dño recedit cor-  
eius. **S**ed hic occurrit trepida cogita-  
tio dices. qua ratōe conabor declinare vi-  
cia. virtutes adquirere. seruare mandata  
dei. sine q̄bus sperare vitā ingredi/ iā nō  
spes est sed arrogās et infidelis p̄sumptō:  
**L**onaberis pro:sus. sed in adiutorio al-  
tissimi. et millies virtutis. millies conaberis  
eo quidē amplius et certius/ quo nulla ti-  
bi superest fiducia de p̄prijs opib⁹. **P**ro-  
pterea dicturus Salomon finē conti-  
nationis sue dū p̄ferre veller. Serua mā-  
data premisit. deū time. quia videlicet ab  
ipso est bonū vel velle vel p̄ficere. **N**o-  
nicius. **R**etineo q̄ in soliloquib⁹ silia-  
de se cōfessus est August. Sperabā inq̄t  
aliquādo in virtute mea que nō erat vir-  
tus. **E**t cū sic volui cūtere/ vbi magis sta-  
re credebā/ ibi magis cecidi. factusq̄ sum  
magis retro q̄ ante. **V**icebā enim/ hoc fa-  
ciam. illud p̄ficiam. fiebatq̄ post/ nec hoc  
nec illud. quoniā de meis virib⁹ ḡfidebā

**A**nīc autē confiteor tibi dñe rex pat̄ celi  
et terre. quoniā non in fortitudine sua ro-  
borabit vir. vt nō gloriē ante te stulta p̄-  
sumptio ois carnis. **G**olucer. **T**ra-  
ducit aduena noster meditatōem hāc eti-  
am vſq; ad angelos et sanctos/ dum atten-  
dunt horrōrē diuinorū iudiciorū in dā-  
natis. **L**anīm⁹ enī q̄ tremūt angeli atq;  
archangeli. tremūt intellige. nō ex fortitu-  
midine sue dānatōis/ quib⁹ inest glorie secu-  
ritas. sed eo magis ex alioꝝ dānatione. q̄  
si si tremerēt et pauerēt in se deficiētes/ re-  
siliunt in adiutorē vnicū deum. adheren-  
tes ei/ se fragiles et nihilō similes reputā-  
tes sine eo. **A**ddidit de hānitate xp̄i q̄ si  
cut inesse suppositali/ sic innitit p̄sonali-  
tati filij dei q̄ propriā deserit/ nec i se sub-  
sistit. ita inesse gratie vel glorie innititur  
deo/ q̄ nullatenus in se. **E**t ita de sanctis  
quanto p̄fectiores. tāto humilius et reue-  
renti⁹ in adiutoriū dei resiliunt. **Q**uocō  
tra dereprobis. q̄ magis refugiat a deo et  
ad se cōfugiunt. quo dānabilis puniūt  
qm̄ in ipsis est amor sui/ vſq; ad contem-  
ptū dei. sicut in alijs est amor dei. vſq; ad  
contēptum sui. **D**eniq̄ spes velut an-  
cora. quantomīn⁹ in arenulis fragilibus  
et fluidis humani auxiliū figit/ tanto soli-  
dius et certius supra firmā petrā (que xp̄s  
est) defixa stabilitur. **O**x si quesierit ali-  
quis. qđ igī de illis quos nō saluat de⁹:  
**R**espōsum habeat q̄ velut animalia pro-  
pter hoīes creatā sunt: ad obsequorum va-  
rietatē/ illa blandiēdo/ ista scuēdo. intel-  
ligere sic habem⁹ propter electorū salutē  
prescritos esse formatos/ siue nocere siue  
obsequi conetur/ vt non gloriē om̄is vel  
obsequēs elect⁹/ vel aduersans eis. **N**e q̄  
tamē ita sunt accipienda q̄ dicta sunt: q̄ si  
tollatur libertas arbitrij. fortificat si qui  
dē magis et instituit/ sed in deo viuiscan-  
te p̄ gratiā. que est velut anima quedā vi-  
tam habēs in potentia ad vitā secūdam.  
ad meritoriā videlicet opatōem. **I**nq̄ si  
cut opatō animalis p̄supponit esse natu-  
re. sic opatō spiritualis vitā gracie. **S**z  
neq̄ audiendus est Licero. q̄ vt libertatē  
in hominib⁹ statueret/ abstulit a deo pro-  
videntiā. **N**e q̄ rursus ex aduerso recipi-  
end⁹ alter. qui diuinā prouidentiā sic in-  
stituere voluit/ vt arbitrio nostro necessi-  
tatē imponeret. Pro nefas etiā in pecca-  
tis dices deum velle et facere nos peccare

# Liber Secundus.

54.

in manifestationē glorie sue. Porro viam  
mediā et regiā tradit theologia reuelata si-  
de subnīca. q̄ gradiēdū est etiā vbi ratioci-  
nationis h̄rie dissolutio plena nō pateret.

**Z** **D**onicus. Existimō q̄ has s̄niās nec  
inexpti satis capiūt/nec expientiā dare po-  
test industria/nisi p̄ueniēte in b̄ndictioni  
bus dulcedinis et coopante dei grā/ineffa-  
bili valde mō. Et hoc ē dei donū scire a q̄  
postulāda sit et imperāda talis grā. Dul-  
ta enī dicim⁹ et deficim⁹, verbū aut abbre-  
uiatū et summarū facit sapiētia/ dū i anis  
mas sanctas se trāffert, delicias suas cōpu-  
tans eē cū filiis hoīm, in quibz bñplacitū  
est deo/q̄ sperauerūt sup mis̄cōia ei⁹. Sz  
ecce iam aduerspascit et inclinata ē dies qn̄  
ad se me vocat op⁹ dei/simul et vie lassitu-  
do quiete te petere suadet. Expectef p̄ reli-  
quis multa enī querēda sup̄lunt Sequēs  
dies. **V**olucr **E**xpectef placeſ ſi pri⁹  
audieris ſub exemplari modulamie/q̄lis ſit  
vt eū recogites/germani tui ſtatus.

## Quintū et vltimū

metrū primi libri dactilicū tetrametrū hy-  
percatalecticū. currit cū quinto quarti de  
conſo. ph̄. **B**oethi. Si quis arcuvi:

**V** **A**lus e multis naua profundo  
**V** Dum regit nauē. ventus et imber  
Et procellarum turbida moles  
Si rep̄tinis motibus vrgent  
Proximaz nautis crebro minantes  
Aufragē cladem mortis adesse  
Attitur/filus arte magistra  
Ali in perpetuum corde pauenti  
Segniter linquens omnia solera  
Tentat/ut nauis litora capter  
**S**i malivero tanta molestat  
Seuiens pestis/iamq̄ latratu  
Terret auditum scilla canino/  
Attrahens gulpho cuncta voraci  
Non opem poſſunt ferre ſodales  
Pars et in precepſ vltro labo rat  
Scitoz nauclerum ſtertere puppi  
Obſtuper talis quis/nihil vltra  
Viribus fidit/ſpes nec in arte eſt  
Respicit celum vota deo dat  
Aut mari ſeſe deſiicit alto  
Audius enatans ſi ſcopulosum  
Prominens ſatum ſuſcipit ipſum  
Vel ſinu tuti conditurn antri  
Laudat ex celum/gratior illi  
Dicit euasi forte benigna

**D**reservatum sanctius olim  
Obsequi fas sit xp̄e tibi me  
Rursus aut ſi me nauigio das  
Utar illo fac proſperiore.

Explicit liber primus:

## Incipit liber secū-

dus. Proſa prima. **D**onicus:

**E**cce nobis/o volucr/altera  
dies fulſit illa p̄tinuaueris p̄  
cor effari/q̄ cepta ſunt **V**olucr **D**eminiſti puto ſub  
quali ſūlitudine fine accepit  
heſterna colloſutio. Nō oīno diſſimiliter/  
nūc aduena nr̄ ex p̄cella publici ciuilisq̄  
naufragij p̄ſulte fugiēs/in locū ſatis abdi-  
tū/velut in quādā ſecuritatis insulā ſe rece-  
pit. Illic more ſolitarij ſedens leuat ſe ſup̄  
ſe. theologia habēs ſolatrīcē/que doctriꝝ  
eſt discipline dei et electrix operū illi⁹. q̄ ſo-  
brietate et prudētiā docet et iuſticiā et virtu-  
tem/quibz vtili⁹ nihil ē in vita hoīb. **H**ec  
erigit ad ſpēm futurop/ quēadmodū teri-  
giimus/afferens q̄ nō ſunt ſedigne paſſio-  
nes hui⁹ ſpis ad futurā gloriā que reuelat/  
bit in nobis. Addēs q̄ ſpes non ſfundit.  
ita tñ ſi ſit vera ſpes. nō ficta. nō fallac. nō  
temeraria. **E**ſt itaq̄ repremissio neq̄ſſi  
ma/fallēs q̄ plurimos blādētes ſibi vtere  
mūdo dum etas florida eſt/ p̄uerti poteris  
cū voles/ tanq̄ videlicet ex p̄prijs viribz nō  
dei dono fiat p̄uerſio. **S**ūt et alij q̄s eo  
periculosi⁹ q̄ ſubtili⁹ decipit estimatio ſua  
dū caſus peccatoꝝ varios q̄s ppetiuntur  
emēdare nō curat. vtunq̄ poti⁹ ad ſupbiaz/  
reputantes ſimile aliqd ſecū fieri cū ap̄lo/  
cui dat⁹ ē ſtimul⁹ carnis/ne magnitudo re-  
uelationū extolleret eū. eis aut ſicut aiunt  
ne magnitudo virtutū. **A**b alijſ migrat  
Judas.i. p̄fello ppter multitudinē fuitu-  
ris. **T**edet enī et pudet eos totiēs ad p̄fello  
res deducere lapsus ſuos/a q̄by abſtinere  
vel nequeūt dño pmitēte. vel nō ſatis vo-  
lūt. **S**ūt q̄s ſcrupuloꝝ in q̄etudo et cor-  
dis puſillanimitas ita p̄turbat ut vix relis-  
ciat ſit i eis ſpeſ loc⁹. **S**ufficit alijſ ſci-  
re de ſpe p̄ intellectū diſſerere/dicentibz in  
deo ſolo ſpēm cē reponēdā q̄s nesciat: yet  
apud tales null⁹ pene ſpeſ vel ſenſus vel ef-  
fec⁹. **I**nuenies alios ſperātes in miſe  
ricordia dei/q̄s ad hoīes nulla flectit miſe  
ricordia. venia nulla p̄. **Q**uid q̄ despe-  
rāt alij de dei bonitate/ ſi non ſuauitatem  
bb.